Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

In anno secundo regni nabuchodonosor vidit nabucho
donosor somnium et conterritus est spiritus eius et somnium
eius fugit ab eo Precepit autem rex ut convocarentur
arioli et magi et malefici et chaldei ut indicarent
regi somnia sua Tu Qui cum venissent steterunt
coram rege Et dixit ad eos rex Vidi somnium et men
te confusus ignoro quid viderim Responderuntque chal
dei regi syriace Rex in eternum vive Dic somnium
servis tuis et interpretacionem eius indicabimus tibi Tu
Et respondens rex ait chaldeis Sermo recessit a me
nisi indicaveritis mihi somnium et coniecturam eius
peribitis vos et domus vestre publicabuntur Tu Si
autem somnium et coniecturam eius narraveritis premia
et dona et honorem multum accipietis a me Somnium
igitur et interpretacionem eius indicate mihi Respon
derunt secundo atque dixerunt Rex somnium dicat servis
suis et interpretacionem eius indicabimus Respondit rex
Et ait Certe novi quia tempus redimitis scientes
quod recesserit a me sermo Tu Si ergo somnium
non indicaveritis mihi una est de vobis sententia quod
interpretacionem quoque fallacem et deceptione plenam composueri
tis ut loquamini mihi donec tempus pertranseat Somni
um itaque dicite mihi ut sciam quod interpretacionem quoque
eius veram loquamini Tu Respondentes autem
chaldei coram rege dixerunt Non est homo super terram
qui sermonem tuum o rex possit implere Sed neque regum
quisquam magnus et potens verbum huiusmodi sci
scitatur ab omni ariolo et mago et chaldeo Tu autem
Sermo enim quem tu rex queris gravis est nec re
perietur quisquam qui indicet illum in conspectu
regis exceptis diis quorum non est cum hominibus con
versatio Tu Quo audito rex in furore et in ira
magna precepit ut perirent omnes sapientes babilonis
Et egressa sententia ut sapientes interficerentur que
rebaturque daniel et socii eius ut perirent Tu Tunc
daniel requisivit de lege atque sententia ab arioch
principe regis qui egressus fuerat ad interficiendos
sapientes babilonis Et interrogavit eum qui a rege
acceperat potestatem quam ob causam tam crudelis sen
tencia a facie regis esset egressa Tu Cum ergo

rem indicasset